UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XVII. Constantini victoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

Caput XVII.

Conſtantini victoria.

Sed poſteaquam hoſtes obſtinato animo perſtare, jamque gladios diſtringere animadvertit: indignatione commotus, ſolo clamore ac minimo temporis momento cunctas hoſtium copias in fugam vertit, & de dæmonibus pariter atque hoſtibus victoriam reportavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ΄.

Νίκη Κωνσταντίνου.

Ὡς δ' ἐπιμόνως ἔχοντας τοὺς ὑπεναντίους, ἤδη δὲ ξιφῶν ἁπτομένους ἑώρα, τηνικαῦτα διαγανακτήσας, βοῇ τε μιᾷ καὶ ῥοπῇ πᾶσαν τὴν τῶν ἐναντίων ἐτροποῦτο δύναμιν, ὁμοῦ τε τὰς κατ' ἐχθρῶν καὶ κατὰ δαιμόνων ἀπεφέρετο νίκας.

Caput XVIII.

Licinii cædes & triumphi de illo acti.

B

Poſthæc ipſum Dei hoſtem eiúſque familiares belli jure diiudicatos, congruo ſupplicio affecit. Abducebantur itaque unà cum tyranno, & debitas capitis pœnas dabant, quicumque bellum adverſus Deum gerere ei ſuaſiſſent. Et qui paulò ante vana ſpe elati erant, reipſa Conſtantini Deum amplectebantur, eúmque unum ac verum Deum agnoſcere ſe tunc demùm profitebantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ΄.

Λικινίου θάνατος, καὶ ἐπινίκια περὶ τούτου.

Εἶτ' αὐτὸν τὸν θεομισῆ καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν νόμῳ πολέμου διακρίνας, τῇ πρεπούσῃ παρεδίδου τιμωρίᾳ. ἀπήγοντό τ' αὐτῷ τῷ τυράννῳ καὶ ἀπώλλυντο, τὴν προσήκουσαν ὑπέχοντες δίκην, οἱ τῆς θεομαχίας σύμβουλοι· οἵ τε μικρὸν ὕστερον τῇ τῶν ματαίων ἐλπίδι μετεωρισθέντες, ἔργῳ τὸν Κωνσταντίνου Θεὸν παρελάμβανον, καὶ τοῦτον ἄρτι Θεὸν ἀληθῆ καὶ μόνον γνωρίζειν ἀνωμολόγουν.

Caput XIX.

Publica lætitia ac feſtivitas.

C

Impiis igitur è medio ſublatis, puri deinceps ac liquidi Solis radii cernebantur, quaſi nubilo tyrannicæ dominationis depulſo. Cunctæque Imperii Romani partes in unum corpus coaluerunt: Orientalibus Provinciis cum Occidente coniunctis: unóque omnium Principe tanquam capite quodam, totum Imperii corpus refulgebat: unius dominatione cunctos homines complectente. Et qui prius in tenebris & in umbra mortis ſedebant, iis tunc ſplendidiſſimi pietatis radii lætos dies D præſtabant. Nec præteritorum malorum ulla iam ſupererat recordatio, cùm omnes ubique victorem laudibus celebrarent, ejúſque Servatorem Deum ſolum ſe agnoſcere profiterentur. Noſter verò omni genere pietatis excellens Conſtantinus victor (hoc enim convenientiſſimum ſibi cognomen cõparavit ob victorias de hoſtibus & inimicis ipſi à Deo ubiq; conceſſas) Orientem recepit, & Imperium Romanum ſolidum ſicut olim fuerat, & coadunatum, ſub ſuam unius poteſtatem redegit. Ac Dei quidem unius dominationem primus omnibus prædicavit: ipſe vero ſingulare quoque Imperium or-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ΄

Φαιδρότητες καὶ πανηγύρεις.

Καὶ δὴ τῶν δυσσεβῶν ἀνδρῶν ἐκποδὼν ἠρμένων, καθαραὶ λοιπὸν ἦσαν ἡλίου αὐγαὶ τυραννικῆς δυναστείας· συνῆπτό τε πᾶσα ὅση τις ὑπὸ Ῥωμαίους ἐτύγχανε μοῖρα, τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν ἐθνῶν ἑνουμένων θατέρῳ μέρει, μιᾷ τε τῇ τοῦ παντὸς ἀρχῇ, ὥσπερ ὑπὸ κεφαλῇ τὸ πᾶν κατεκοσμεῖτο σῶμα, μοναρχικῆς ἐξουσίας διὰ πάντων ἡκούσης· λαμπραί τε φωτὸς εὐσεβείας μαρμαρυγαὶ τοῖς πρὶν καθημένοις ἐν σκότῳ καὶ σκιᾷ θανάτου φαιδρὰς παρεῖχον ἡμέρας. οὐδ' ἦν τις ἔτι προτέρων μνήμη κακῶν. ἁπανταχοῦ πάντων τὸν νικητὴν ἀνυμνούντων, μόνον τε τὸν τούτου σωτῆρα Θεὸν ὁμολογούντων γνωρίζειν. ὁ δ' ἀρετῇ πάσῃ θεοσεβείας ἐκπρέπων νικητὴς βασιλεύς. ταύτην γὰρ αὐτὸς τὴν ἐπώνυμον αὐτῷ κυριωτάτην τὴν ἐπηγορίαν εὕρατο, τῆς ἐκ Θεοῦ δεδομένης αὐτῷ κατὰ πάντων ἐχθρῶν τε καὶ πολεμίων νίκης ἕνεκα. τὴν ἑῴαν ἀπελάμβανε· καὶ μίαν συνημμένην κατὰ τὸ παλαιὸν τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιεῖτο, μοναρχίας μὲν ἐξάρχων Θεοῦ κηρύγματος τοῖς πᾶσι. μοναρχίᾳ δὲ καὶ αὐτὸς τῆς Ῥωμαίων κρα-